

499. *C. hieracibides*. Pl. rar. Hung. l. t. 70. n. 1. 879.

500. *C. hispida*. Pl. rar. Hung. l. t. 19. n. 1. 879.

Habitat in siccis graminosis et arvis Budac; sparsa etiam per Cott. Pesthiensem usque Kalocsam ubi ad silvam reperta, per Com. Bácsensem e. c. ad canalem propè Verbász, copiosa versus Neoplantam; per Cott. Syrmioensem e. c. ad Karlovic; alibique, copiosissimum ad Vránik, per Banatum; Com. Békés, Bihar, et Honthensem, per Croatiam calidiorum.

501. *C. ramosissima* mihi. *Pl. rar. Hung. l. t. 70. n. 1. 879.*

Radix annua, ramosa. Caulis e basi ramosissimus, erectus, aut velut in plures divisus, patens, subsulcatus; inferne setis raris adpersus; superne glaber: ramis tenuibus, sulcato-angulatis glabris. Folia pinnatifida: laciniis apiceque lanceolatis, pilis brevibus rarisque adpersa; ciliataque; rachi tamen hispidula; superiora basi tantum laciniato-subhastata; demum integerrima, lanceolato-lineariter, glabrinsecula. Pedunculi longiusculi (2 — 3-pollicares), angulati, glabri, aphylli. Calycis squamae exteriores triplo breviores, glabrae, interiores carinatae; carina setoso-hispida. Flores magnitudine *hispidae*; cui simillima, sed diversa caule e basi ramosissimo; foliorum forma, pedunculis calycibusque exterioribus glabris. E Syrmio misit Wolny. Eandem legi et delineari curavi ad Semlinum, ad Murány in Banatu.

502. *C. hastata* mihi. *Pl. rar. Hung. l. t. 70. n. 1. 879.*

Radix annua. Caulis per totam longitudinem setis raris adpersus. Folia lanceolata; rachi que hispida. Pedunculi hispidi foliolis aliquot linearibus hispidis lobis. Calycis squamae dum exteriores cum interiores hispidae. Habitat in pratis humidis ad Poroszló.

503. *C. tectorum*, *C. agrestis* mihi, *C. lanceolata* mihi.

In aridis, arenosis, arvis, tectis valde varians, nonnumquam foliis integerrimis, lineari-lanceolatis.